55
7

ILLVSTRES IVRIS CIVILIS CONTROVERSIÆ.

DE QVIBVS,

Fauente DEO *Opt. Max.*

DVCTV

Nobiliſſimi viri

EVERARDI BRONCHORSTII

I. C^ti, Dauentrienſis,

publicè exercitij gratia reſpondebo

CHRISTOPHORVS STICKIVS *Dauentrienſis:*

VIII. Iulij, Anno cIↃ. IↃ. XCV.

horis locóque conſuetis.

Ad Nobiliſſimum & Ampliſſimum Senatum Imperialis Reipub. Dauentrienſis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

LVGDVNI BATAVORVM,

Apud Franciſcum Raphelengium.

cIↃ. IↃ. XCV.

Magnificis Dominis, Ampliſſimis viris,

NOBILISSIMIS CONSVLIBVS,

SPLENDIDISSIMIS SENATORIBVS

Imperialis & Liberæ

REIPVBL. DAVENTRIENSIS,

Patriæ Patribus, Libertatis Vindicibus, Chriſtianæ Religionis Aſſertoribus,

DISPVTATIONEM HANC,

Teſtem fidi & beneuoli in patriam animi mei dico, figo

Reſpondens

CHRISTOPHORVS STICKIVS *Dauentrienſis.*

CONTROVERSARUM QUÆSTIONUM

PRIMA.

DISPUTANT DD. An debitum per partes, inuito creditore, ſolui poſſit? Nos negatiuam amplectimur.

Ex L.4.§.6. Itē ſi heredi. ff de Statu liberis. Quorſum enim ibi ICtus fauore libertatis id receptum diceret, ſi regulariter ſolutio particularis valet? Aſſent. Clariſſ. ICtus Iohan. Goeddæus ad L. Minus ſolutum, de verb. ſignific. N.9. D. Bronckhorſtius in Enant. Aſſ.63. Iulius Pacius Cent.3. Quæſt.70. Coſtalius ad L. Quidam. ff de Reb. Credit.

II.

Controuerſi Iuris eſt, An Emphyteuticarius ius ſuum inconſulto domino alienare poſſit? Nos donare, legare, permutare, pignori dare ipſi permitti, ſed non vendere, defendemus. Idque etiam obtinet in Emphyteuta Eccleſiæ[a].

Ex L.3. Cod. de Iure Emphyt. Bronckhorſt. Enant. lib.1. Aſſ.51. Donel. Comment. lib.9.c.14. Diſſentit Fachineus, Cotrou. lib.3.c.97.

[a] Clariſſ. Ioh. Goeddæus ad L. In conuentionib.219.N.3. de verb. ſignificat.

III.

Emphyteuta per triennium differente ſolutionem, & ſimul domino tacente de eiiciendo aut retinendo Emphyteuta, fructus interim percepti ſintne domini an Emphyteutæ? Poſterioris verius.

Ex L.2. Cod. de Iure Emphyt. vbi dicitur, Emphyteutam cadere iure ſuo ob canonem non ſolutū ſi dominus velit. Ergo antequam dominus velit, non dicitur cadere, & per conſequens lucrabitur fructus Emphyteuta. Fach. Controuerſ. lib.1. cap.94.

IIII.

Finito Emphyteutico iure extra culpam Emphyteutæ [a] poſſitne Dominus cogi ad reſtitutionem, meliorationum in Emphyteutica re factarum? Negantibus ſubſcribo [b].

[a] *ſc. ſi Emphyteuſis alienetur ad certam generationem vel ad certum tempus: & hoc effluxerit, illa interierit.*

[b] *Ex L.55. ff Locati §. in conducto. vbi conceditur conductori ex conducto actio, ſi quos ſumtus fecit vtiles in re conducta, cũ ad eos non teneretur. Ergo ſi teneretur nõ repeteret. Emphyteuta autem ex lege contractus (quæ idem valet quod conuentio) tenetur agrum meliorare. Excipiuntur ergo ædificia, ad quæ ex natura contractus non tenetur.*

V.

Si Emphyteuſis reuoluta ſit, per mortem Emphyteutæ ipſiuſque liberorum, ad Dominum, poſſitne is cogi reſtituere eam proximiori agnato, diſceptant Interp. Nos negantium ſententiæ ſuffragamur.

*Res enim in Emphyteuſin conceſſa vſque ad certam generationem, extincta generatione ad Dominum redit. Ergo Dominus poteſt eam retinere, vel cui mauult concedere. eſt enim quiſque in ſua re moderator. L. In re. Cod. Mandati. Aſſent. Fachineus lib.1.c.*100. *contra Bartolum & alios.*

VI.

Minor 25. annis ICᵗᵘˢ ſi ex cõtractu læſus ſit, vtrum in integrum ſit reſtituendus? Quidni?

Ex L.1. Cod. Qui & aduerſus quos in integ. reſtitui non poſſ. Fachineus Controuerſ. lib.3. cap.5. Diſſent. communiter D D.

VII.

Vtrum per L.2. Cod. de Reſ. Vend. diſſoluta venditione res ſit reſtituenda ſimul cum fructibus perceptis? An etiam huius L.2. beneficio vti, ſi velit, poſſit

poſſit Emtor? Illud nego [a], hoc pace Magni Cuiacij affirmo.

[a] *Quia in L.2. Cod. de Reſ. Vend. res iubetur reſtitui; de fructibus vero nulla fit mentio. Deinde, quia Emtor ad fructus non condemnatur, niſi ex eo tempore quo eſt in mora rem venditam reſtituendi: L.2. Cod. De Pactis inter emtor. & vendit. Atqui hic Emtor non eſt in mora. Fachineus lib. 2. cap. 24.*

VIII.

Nunquid valet ſpecialis renunciatio, L.2. Cod. de Reſcin. Vend.? Affirmo [a]. Quid ſi adiecta ſit inſtrumento Clauſula: ET SI QVID PLVRIS RES VALET, DONATVM ERIT. intelligaturne facta renuntiatio beneficij dictæ L.2. Maximè, vtcunque diſſentiat Fachineus lib. Cont.2. cap.19.

[a] *Quia vnicuique beneficio pro ſe introducto licet renuntiare. L. pen. Cod. de Pactis. Fachineus lib.2. cap.20.*

IX.

Vtrum mulier SC^to^ Velleiano extraiudicialiter, Filiusf. vero SC^to^ Macedoniano renunciare poſſint? Prius affirmamus [a]: Poſterius negamus [b].

[a] *Huc facit L. vlt. §. Si mulier. ff ad Velleianum. Diſſentit Duarenus cap.2. ad SC. Velleianum. Weſemb. in Paratit. hîc, N.9. Aſſ. D. Bronckh. cap.80.*

[b] *Diſſentit Zaſius lib.1. Reſponſ. cap.28.*

X.

An Fratris teſtimonium ſit admittendum [a]? An filius contra patrem patre conſentiente poſſit teſtimonium perhibere [b]? Vtrumque negamus.

[a] *Duarenus lib.2. diſput. cap.28. ex L.2. Cod. de Teſtibus. Bronckhorſtius Cent.2. Aſſert.6. contra commun. DD. ſententiam.*

[b] *Diſſentit Zaſius: pro me facit L.5. Cod. de Teſtibus.*

A reis.

XI.

A reis capitalium criminum, ſi condemnatio ſecuta ſit, donationes factæ ne hodie quidem valent.

Ex L. Poſt contractum 15. π̃ de donat. neque huic Legi iure nouo derogatum eſt, quicquid clament D D. Diſſentit Weſemb. ad tit. de Donat. in fine.

XII.

Coronidis loco: Nobilis eſt Quæſtio, An Pacta de acquirenda [a] vel omittenda [b] ſucceſſione viuentis valeant? Negatiuæ adhæremus [c]: ſed quid ſi iuramentum acceſſerit? Nihil proderit de Iure Ciuili.

[a] *Vt ſi paciſcamur cum aliquo vt nos ſibi heredes faciat. Niſi paciſcamur de hereditate incerti, aut certi, ſi modo paciſcentibus ſine pactione hereditas eius debeatur, vt ſi cognatus ſit & is de cuius hereditate agitur, conſentiat, & in ea ſententia ad extremum vſque permaneat. L. fin. Cod. de Pactis. De conſeruanda ſucceſſione nemo paciſci prohibetur, L. Non aliter 18. π̃ de Adopt.*

[b] *Ex ratione L. final. π̃ de Suis & Legit. Hered. Diſſentit Coraſ. lib. Miſcel. 7. cap. 32.*

[c] *Donellus ad L. fin. Cod. de Pactis. Bronckh. Cent. 1. Aſſ. 22. Goeddaeus ad L. 3. N. 38. π̃ de Verb. & rer. ſignific. Borcholt. in Tractat. de Gradibus. cap. Hereditas pactis non datur.*

NON DESPERANDVM CHRISTO DVCE ET AVSPICE CHRISTO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA